Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26544
Copyright: Admont, Benediktinerstift



despiciuntur. Non tale est bonum quod dns
est. Si amatur habetur. si diligitur gus-
tatur. presens est dilectionem. Si potes diligere.
potes habere. Si hoc das. hoc recipis.
Non pro ~~alio~~ illo aliud queritur. nec pro
alio illud datur. Qd pure et gratis amat
Sed forte mercenarius eris si diligis deum. et servus
ei ut premium ab illo accipias. Dicunt
hoc quidam stulti. et tam stulti ut seip-
sos non intelligant. Diligimus deum. et
servimus illi. sed non querimus pre-
tium ne mercennarii simus. et ipsum
non querimus. Dabit si voluerit. sed
+ tantum nos non querimus. + Nos enim excutimus
manus ab omni munere. ut etiam
ipsum non queramus quem diligimus. Pu-
ra enim et gratuita. et filiali dilectione
diligimus. nichil querimus. etiam ipse
cogitet si quid dare voluerit. nos ni-
chil requirimus. Diligimus ipsum. sed non
querimus aliquid. etiam ipsum non
querimus quem diligimus. Audite omnes
sapientes. diligimus inquid ipsum.
sed non querimus ipsum. hoc est dicere.
Diligimus ipsum. sed non ~~que~~ curamus